

## § V.

*Loca in quibus Nomen Dei אלהים trigesies bis in primo  
Genesis capite ponitur.*

2	וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת:	<i>Et spiritus Elobim ferebatur.</i>	1	בְּרֵאשִׁית בְּרָא אֱלֹהִים:	<i>In principio creauit Elobim.</i>
4	וַיֵּרָא אֱלֹהִים אֶת הָאֹר:	<i>Et vidit Elobim lucem.</i>	3	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי אֹר:	<i>Et dixit Elobim, fiat lux.</i>
6	וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לְאֹר יוֹם:	<i>Et vocauit Elobim lucem, diem.</i>	5	וַיְבַרֵּל אֱלֹהִים בֵּין הָאֹר:	<i>Et diuisit Elobim inter lucem.</i>
8	וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת הַרְקִיעַ:	<i>Et fecit Elobim firmamentum.</i>	7	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי רְקִיעַ:	<i>Et dixit Elobim, fiat firmamentum.</i>
10	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יִקּוּן הַמַּיִם:	<i>Et dixit Elobim, congregentur aque.</i>	9	וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לְרְקִיעַ:	<i>Et vocauit Elobim firmamentum.</i>
12	וַיֵּרָא אֱלֹהִים כִּי טוֹב:	<i>Et vidit Elobim quod esset bonum.</i>	11	וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לַיְבִשָׁה:	<i>Et vocauit Elobim aridam.</i>
14	וַיֵּרָא אֱלֹהִים כִּי טוֹב:	<i>Et vidit Elobim quod esset bonum.</i>	13	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים תִּדְשָׂה:	<i>Et dixit Elobim, germinet.</i>
16	וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת שְׁנֵי הַמְּאֹרוֹת:	<i>Et fecit Elobim duo luminaria.</i>	15	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי מְאֹרוֹת:	<i>Et dixit Elobim, fiant luminaria.</i>
18	וַיֵּרָא אֱלֹהִים כִּי טוֹב:	<i>Et vidit Elobim quod esset bonum.</i>	17	וַיִּתֵּן אֱלֹהִים אוֹתָם:	<i>Et dedit Elobim ipsis.</i>
20	וַיְבַרֵּא אֱלֹהִים אֶת הַתַּנִּינִם:	<i>Et creauit Elobim Cete.</i>	19	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יִשְׂרְצוּ:	<i>Et dixit Elobim, pullulent.</i>
22	וַיְבַרֵּךְ אֱלֹהִים:	<i>Et benedixit Elobim illis.</i>	21	וַיֵּרָא אֱלֹהִים כִּי טוֹב:	<i>Et vidit Elobim quoniam bonum.</i>
24	וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת חַיֵּי הַבְּהֵמָה:	<i>Et fecit Elobim animalia.</i>	23	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים תּוֹצֵא הָאָרֶץ:	<i>Et dixit Elobim, producat terra.</i>
26	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים נַעֲשֶׂה אָדָם:	<i>Et dixit Elobim, faciamus hominem.</i>	25	וַיֵּרָא אֱלֹהִים כִּי טוֹב:	<i>Et vidit Elobim quod esset bonum.</i>
28	בְּצַלְם אֱלֹהִים:	<i>Ad imaginem Elobim.</i>	27	וַיְבַרֵּךְ אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם:	<i>Et benedixit Elobim homini.</i>
30	וַיֹּאמֶר לָהֶם אֱלֹהִים:	<i>Et dicit illis Elobim.</i>	29	וַיְבַרֵּךְ אֱלֹהִים אוֹתָם:	<i>Et benedixit Elobim illis.</i>
32	וַיֵּרָא אֱלֹהִים כִּי טוֹב:	<i>Et vidit Elobim quia bona.</i>	31	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים הִנֵּה נָתַתִּי:	<i>Et dixit Elobim, ecce dedi.</i>

R. ראבי  
R. Joseph  
Haaruch.

Nomina 13  
semitatum.

Atque hæc sunt triginta duæ semitæ, quas ex capite primo *Genesis* eruunt רבי שמעון בן ירחאי Rasbi, R. Joseph Haaruch, ijque singulis sua nomina ab effectibus deducta, imponunt Hageonim. Verum subiungamus nomina singulorum ex *Pardes* extracta.

1 הנתיב הראשון נקרא שכל מופלא ו'ס'ע' והוא אור מ'שכל קדמון והוא כבוד ראשון אין כל בריה יכולה לעמוד על סע'אוחו :

*Prima semita vocatur Intelligentia admirabilis, Corona summa. Est enim lumen dans intelligere primordium sine principio, & est gloria prima; nullâ creatura valet assequi existentiam eius. id est, intelligentia abscondita, occulta omnibus, quæ extra eam sunt, & Aleph, principium & caput omnium; est siquidem & forma omnium literarum, & omnes semitæ in ea sunt, sed per modum vniuersalem; hinc per metathesin dicitur פלא, id est, admirabilis, quod retrogradâ lectione idem est ac אלה Aleph, iuxta illud, Vocabitur nomen eius admirabilis, Deus fortis, &c.*

2 הנתיב הב' הוא שכל מוהיר והוא כתר חכריאח ונוחר האחרות השוחח המתנשא לכל לראש והוא נקרא כפי בעלי חקבלח כבוד שני :

*Secunda semita est, intelligentia illuminans, & est corona creationis, & splendor unitatis maximè equalis, quæ super omne caput est exaltata, & vocatur à Cabalists gloria secunda. Vocatur autem illuminans, quia cum sit origo totius creationis, notior est consequenter priore, quæ est אין סוף Ensuph, intelligentia abscondita, & ideo hæc semita vocatur etiam modus adæquationis. ita Radak in hunc locum Ietsiræ.*

Radak.

3 הנתיב השלישי נקרא שכל הקודש והוא יסוד החכמה הקדומה הנקרא אמונה אומן ושרשית אמן והיא אב האמונה שמכחו האמונה נאצלה :

*Tertia semita vocatur intelligentia sanctificans, & est basis sapientie primordialis, quæ vocatur artifex fidei, & radices eius אמן, & est, parens fidei, quia de virtute eius fides emanat; respondet autem tertiæ Sephiræ seu mensuræ, quæ בינה Binah seu intelligentia dicitur; quia per hanc exitus sapientie in omnes numerationes. Verum de hoc ample discurrentem vide librum intitulatum Bareschith Rabba.*

Author libri  
Bareschith  
Rabba.

4 הנתיב הרביעי נקרא שכל קבוע ונקרא כן שממנו מתאצלים כל חכמות ורחניות בדקות האצילות שמתאצילות אלו מאלה בכח האציל הקדמון :

*Quarta semita vocatur intelligentia metalis seu receptacularis, eò quòd in eam tanquam in metam ex superioribus Intelligentijs delatæ, ab ea emanant omnes virtutes spirituales per subtilitatem, quâ vna ab altera in virtute coronæ summæ emanat, vocaturque idealis effluxus.*

5 הנתיב החמישי נקרא שכל נשרש ונקרא כן מפני שהוא עצם האחרות השוחח והוא המיוחד בעצם הבינה הנאצלה מגדר החכמה הקדומה :

*Quinta semita intelligentia vocatur radicatiua, eò quòd illa est ipsa unitas maximè equalis, quæ coadunat se cum ipsa בינה intelligentia, quæ emanat è penetralibus sapientie primordialis. Virtutes superioribus semitis in hanc quintam semitam delatæ, & radicatæ, æqualesque fuerunt, quando ab hac semita in inferiores deducuntur, transeunt, & mutantur pro varijs homi-*

hominum moribus vel in misericordiam, vel in seueritatem & iudicium; de qua vide Pardes.

6 הנתיב הששי נקרא שכל שפע נבדל ונקרא כן לפי שבו מחרבה שפע האצילות וזוהו משפיע השפע על כל הבריות המתאחדות בעצמו :

*Sexta semita-intelligentia dicitur influentia mediantis, eò quòd in ea multiplicentur influxus emanationum; illa enim facit influere affluentiam istam in omnes benedictionū piscinas, quæ uniuntur in ipsa. Dicitur hæc semita aquarū.*

7 הנתיב השביעי נקרא שכל נסתר ונקרא כן מפני שהוא זוהר מזהיר לכל הכחות השכליים הנראים בעין השכל וברעיון האמונה :

*Septima semita vocatur Intelligentia recondita, eò quòd illa sit splendor refulgens in omnes virtutes intellectuales, quæ oculis intellectus, & fidei contemplatione perspiciuntur. Dicitur abscondita, quia illa non comprehenditur nisi per intelligentias numerationum; & sic distinguitur à prima semita, quòd illa incomprehensibilis sit, hæc comprehensibilis; diciturque semita intellectualium substantiarum.*

8 הנתיב השמיני נקרא שכל שלם ונקרא כן מפני שהוא חכונת הקדמות אשר אין לו שורש להחייב בו כי אם בחדרי הגדולה הנאצלים מעצם :

*Octaua semita vocatur Intelligentia perfecta & absoluta, eò quòd illa sit apparatus primordialis, quæ non habet radicem, cui inhaereat, nisi in penetralibus Sefhiræ, quæ Magnificentia dicitur, emanat quæ de propria ipsius substantia. Dicitur semita viuientium in aquis.*

9 הנתיב החשיתי נקרא שכל טהור ונקרא כן לפי שהוא מטהר את הספירות ומבחיך ומבהיקגזרת הבניהם ותוכן אחרותם שהן מיוחדות מבלי קצוץ ופירוד :

*Nona semita dicitur Intelligentia munda, eò quòd ipsa mundet numerationes, & probet emendetque excissionem imaginis earum, disponatq; unitatem earum, quæ ipsi uniuntur absque detruncatione & diuisione. Dicitur semita emundationis rerum.*

10 הנתיב העשירי נקרא שכל מחנוץ ונקרא כן מפני שהוא מתעלה ויושב על כסא הבינה ומאיר בזוהר חמאורות כולם ומשפיע שפע ריבוי לשר הפנים :

*Decima semita vocatur Intelligentia resplendens, eò quòd illa super omne caput exaltata sit, & sedeat in sede Binah, illuminetq; fulgorem omnium luminarium, & emanare faciat copiam principi facierum. Dicitur semita varietatis rerum.*

11 הנתיב אחד עשר נקרא שכל מצוחצח ונקרא כן מפני שהוא עצם הפרגוד המסודר בסדר המערכה והוא יחס הנחנת לעמוד בפני עילת העילות :

*Vndecima semita, Intelligentia dicitur fulgida, eò quòd ipsa est cortina ordinata iuxta dispositiones & ordinem semitarum superiorum & inferiorum, & est dignitas quadam data ipsi, vt stet coram facie cause causarum.*

12 הנתיב שנים עשר נקרא שכל באיר מפני שהוא עצם האופן חגדולה הנקרא חזונית פ' מקום מוצא חזיון חזונים במראה :

*Duodecima semita dicitur Intelligentia claritatis, eò quòd ipsa species sit magnificentie, locusque dicitur, de quo oritur visio videntium in apparitione. Vnde per eam vaticinium acquiritur, & ad quadrigam summam peruenitur.*

13 הנתיב שלשה עשר נקרא שכל מנהיג האחדות מפני שהוא עצם הכבוד והוא השלום אמחת הרוחניים האחרים :

*Decima tertia semita dicitur Intelligentia inductiva unitatis, eò quòd illa fit ipsa substantia gloria, & perficiat singulorum spirituum Veri aem. Omnes semitæ, quæ se unitati supremæ uniunt, uniunt se per hanc dicitur tertiam semitam, Nam אחד in numerum resolutum dat 13.*

14 הנחב ארבעה עשר נקרא שכל מאיר מפני שהיא עצם החשמל והמורה על רוי יסודות הקדש ותכונתם :

*Decima quarta semita dicitur Intelligentia illuminans, eò quòd illa est Cbasmal, institutrix arcanorum, & fundamentorum sanctitatis, & apparatus eorum. Dicitur semita arcanorum in rebus creatis in existentium.*

15 הנחב החמשה עשר נקרא שכל מעמיד ונקרא כן מפני שהוא מעמיד עצם חבריאת בערפלי טהור ובעלי העיון אמרו כי הוא הערפל וחור' וערפל החלוח' :

*Decima quinta semita dicitur Intelligentia constitutiva, eò quòd ipsa constituat creationem in caligine mundi, & Philosophi dixerunt quòd illa ipsa fit caligo, de qua scriptura loquitur Iob 38. Et caligo inuolucrum eius. Dicitur & semita apertionis luminum.*

16 הנחב ששה עשר נקרא שכל נצחי ונקרא כן מפני שהוא עידן הכבוד שאין כבוד למטה הימנח כמו שהוא שם והוא הנקרא גן עדן חמוכן לחסדים :

*Decima sexta semita dicitur Intelligentia triumphans & eterna, eò quòd illa est voluptas gloriæ, quæ ipsi similis fit, & vocatur paradysus voluptatis, qui paratus est usque. Dicitur & semita victoriæ contra genios malos.*

17 הנחב שבעה עשר נקרא שכל החרגש והוא מוכן לחסדי האמונה להתלבשא בו ברוח קדושה והוא נקרא יסוד התפארה במעמד העליונים :

*Decima septima semita dicitur Intelligentia dispositiva, quæ aptat pns fidelitatem, ut per eam induantur Spiritu sancto, dicitur & fundamentum pulchritudinis in statu superiorum. Et præest omnibus formis superioribus & inferioribus.*

18 הנחב שמנח עשר נקרא שכל בית השפע ומתוך הקירותו מושכים רז וחירה המחלוננים בעלו והרבקים בחקירות ממשותו מעילת העילות :

*Decima octava semita dicitur Intelligentia siue domus affluentia, eò quòd de medio scrutationis eius trabuntur arcana, & abditæ sensus, qui latent in umbra eius, & qui adherent scrutinio ipseitatis eius de causa causarum.*

19 הנחב חשען עשר נקרא שכל סוד הפעולות הרחנניות כולם מפני שהוא חשען המחפשט בו מהברכה העליונה והכבוד המעולה :

*Decima nona semita dicitur intelligentia secreti, vel omnium activitatum spiritualium, eò quòd affluentia fit, quæ diffunditur in eam de benedictione\* altissima, & gloria sublimi seu excelsa. Est semita affluentia in omnes numerationes.*

\* vel piscina

20 הנחב העשרים נקרא שכל הרצון מפני שהוא תכונת כל היצורים כולם ובוה שכל יודע כל מציאות החכמה הקדומה :

*Vigesima semita dicitur Intelligentia voluntatis, eò quòd illa est apparatus omnium & singulorum creatorum, & per hanc innotescit existentia sapientia primordialis. Est semita arcanorum sapientia.*

21 הנחב אחד ועשרים נקרא שכל החפץ המבוקש מפני שהוא מקבל שפע האלהות כרי לחשפיע מברכה לכל הנמצאים כולם :

*Vigesima prima semita dicitur Intelligentia complacentia questii, eò quòd illa*

*illa accipit influentiam diuinam, ut influat de benedictione\* eius in omnia* ♁ *sin-* \*l. piscina  
*gula existentia.*

22 הנתיב שנים ועשרים נקרא שכל נאמן מפני שבו מתרבים כחות חרוחניות כדי להיוותם קרובים לכל המחלוננים בצילו:

*Vigesima secunda semita dicitur Intelligentia fidelis, eo quod in manu eius commendate sunt virtutes spirituales, et fountur per eam, ut prope astant habitantibus sub Umbra eius.*

23 הנתיב שלשה ועשרים נקרא שכל קיים מפני שהוא כחקיום לכל הספירות:

*Vigesima tertia semita dicitur Intelligentia stabilita, eo quod illa sit virtus confidentie omnibus numerationibus.*

24 הנתיב ארבעה ועשרים נקרא שכל דמיוני מפני שהוא נותן דמות לכל הדמיונים נבראים:

*Vigesima quarta semita dicitur intelligentia imaginativa, eo quod illa det similitudinem omnibus similitudinibus creatorum.*

25 הנתיב חמשה ועשרים נקרא שכל נסיוני מפני שהוא הנסיון חקדמון שבו מנסה הבורא לכל החסידים:

*Vigesima quinta semita dicitur Intelligentia tentatiua; eo quod illa sit tentatio primaria, qua Deus tentat omnes pios.*

26 הנתיב ששה ועשרים נקרא שכל מחודש מפני שה"קב"ה מחודש בו כל החדשים בבריאת העולם:

*Vigesima sexta semita dicitur Intelligentia renouans, eo quod per illam omnia, que in creatione Mundi renouata fuerunt, renouet.*

27 הנתיב שבעה ועשרים נקרא שכל מורגש וחוא חומר מפני שממנו נבראו כל הנבראים מתחת גלגל העליון והרגשותם:

*Vigesima septima semita dicitur intelligentia concitatiua, et est materia, de qua creata sunt omnia produca sub orbe supremo, et motus eorum.*

28 הנתיב שמנה ועשרים נקרא שכל מוטבע מפני שבו נשלם טבע כל הנמצאים מתחת גלגל החמה בשלימות:

*Vigesima octaua semita dicitur Intelligentia naturalis, eo quod per eam perfecta est natura omnis existentis sub orbe Solis in perfectione.*

29 הנתיב תשעה ועשרים נקרא שכל מוגשם מפני שהוא מתאר כל גשם שיחגשם תחת תכונת הגלגלים בגידולים:

*Vigesima nona semita dicitur intelligentia corporalis, eo quod illa formet omne corpus, quod corporatur sub apparatu omnium orbium, et incrementum eorum.*

30 נתיב שלשים נקרא שכל כללי מפני שבו כוללים חוברי שמים במשפטיהם הככבים והמזלות עיונם תשלומי ודיעתם באופני גלגלים:

*Trigesima semita dicitur Intelligentia collectiua, eo quod colligant ex eorum Astrologi iudicio stellarum et signorum celestium speculationes suas; et perfectiones scientie sue iuxta rationem resolutionum eorum.*

31 נתיב אחד ושלשים נקרא שכל כללי מפני שהוא כלל כחות כל הגלגלים ומזלות והצורות ומשפטיהם:

*Trigesima prima semita dicitur Intelligentia collectiua pariter, qua comprehendit omnes virtutes orbium et signorum celestium, et formas seu imagines, et rationes seu iudicia eorum.*

נתיב שנים ושלשים נקרא שכל נעבד מפני שהוא מחיקן לכל חמטחמשים  
בעבודת שבעה ככבי לכת לחבלם :

*Trigesima secunda semita dicitur intelligentia administrans, eò quòd dirigat  
& concurrat ad omnes operationes septem planetarum, & ad partes eorum.*

Atque hæ sunt triginta duæ semitæ sapientiæ, quæ à sapientia suprema procedunt, & actuantur à *Binah*, hoc est, *intelligentia*. Dicuntur autem *Intelligentiæ*, eò quòd studiosum in lege dirigant, illuminent, inflamment, instruant, ad Deum in omnibus latentem querendum, amandum, & in ordine ad unionem cum Deo, adhesionemque dilecti, in quo tota felicitas hominis consistit, procurandam. *Vs*us harum semitarum practicus hic est. Cabalistsæ cum Deum per certam aliquam naturalium rerum semitam inuestigare volunt; primò summo studio & præparatione præmissa, triginta duo loca primi capituli Geneseos, hoc est, semitas rerum creaturarum consulunt; deinde certis orationibus adhibitis per nomen אלהים Deum obtestantur, ut lumen propositæ semitæ inuestigandæ congruum largiatur, varijsque adhibitis cœrimonijs tandem sibi persuadent, intelligentiæ se lumen adeptos, dummodo corde mundo, fide inconcussa, & charitate ardenti inquisitioni institerint. Atque ut instans oratio maiorem efficaciam habeat, ut plurimum nomine quadraginta duarum literarum, non sine superstitione, quæ nunquam abest, utuntur; quòd ut ex primo & ultimo legis versu extractum fuit, ita summam quoque & ineffabilem efficaciam ad id, quod per illud postulant, obtinendum, habere arbitrantur. Lector, si placet, consulat paragraphum tertium de nomine Dei 42 literarum, ex quo meliorem huius loci intelligentiam acquirat. De modo verò illud pronunciandi, vide infra fusiùs tractatum.

Semitæ 32  
cur dicantur  
Intelligentiæ

Semitarum 32  
vsus practicus